

bis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum.

P. Ora pro nobis, Sancte Pater Noster Elia.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Praesta quaesumus Omnipotens Deus, ut sicut beatum Eliam Prophetam tuum et Patrem nostrum ante communem mortem curru igneo aereum elevasti ad coelum, its nos facias eo interveniente, dum vivimus, a terrenis semper ad coelestia spiritu sublevari et cum eo in resurrectione justorum pariter gaudere. Per Christum Dominum Nostrum. R. Amen.

HYMN.

to Saint Mary Magdalen of Pazzi,
as Protectress of all Tertiaries.

Ave, virgo florentina,
Rosa florens et divina,
Christi manus quam nutritiv,
Atque spinis prae munivit.

Tu es Coeli dulcis risus,
Tu Carmeli Paradisus,
Crucifixi Sponsa cara,
Et inferni Crux amara.

Jesum corde scriptum portas,
Et a Jesu cor reportas;
Unde sorte geminata
Vivis amans, et amata.

O Maria Magdalena,
Corda nostra fac serena,
Tua magna puritate,
Et ardenti caritate.

R. Amen.

Antiphon.

Magdalena Virgo optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea: purissima in vita, adhuc post mortem ab omni corruptione manet immunis.

P. Ora pro nobis, sancta Maria Magdalena.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus virginitatis amator, qui

Beatam Mariam Magdalenam Virginem, tuo amore succensam, coelestibus donis decorasti; da, ut quam pia devotione veneramur, puritate et caritate imitemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Afterwards shall be added the following prayers:

First, a Pater, Ave, Gloria and Salve Regina shall be recited for all the brothers and sisters who may have been benefactors of this Congregation.

A second Pater, Ave and Gloria shall be said for all the sick, Brothers or Sisters.

A third Pater, Ave and Gloria for all those who, for good reasons, are unable to be present at the meeting.

A fourth Pater, Ave and Gloria for all those who rely upon our prayers.

Finally the De Profundis shall be recited for all the dead of our Order.

Psalm 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: *Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes: *in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: *Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: *et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: *speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: *speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: *et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: *ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.

P. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animas eorum.

P. Credo videre boba Domini.

R. In terra viventium.

P. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.